

A co scribemus. De Assyriorum Medorumq[ue] imperio, deq[ue] his in quibus dis-
sentient scriptores, satis dictum putamus. Nunc ad Indos, eaq[ue] quae de his tra-
duntur, transendum.

D E S C R I P T I O I N D I A E , E T D E
ij s quæ in ea fiunt, deq[ue] Indorum moribus & in-
stitutis. Cap. X.

India in quatuor latera distincta est. Quod ad orientem, quod' ue ad meridiem uergit, magnū mare circundat. Quod arctos spectat, Hæmodus mōs ab ea Scythia quam habitat h[ab]it qui appellantur Sacæ, diuidit. Quartum, quod est ad occidentem, fluuius Indus terminat, omnium sero post Ninum maximus. Magnitudinem Indiæ ab oriente ad occasum scribunt stadiorum uiginatio milium, à septentrione ad meridiem milium duorum et triginta. Hæc tanta Indiæ magnitudo círculo æstiu tropicū uidetur subiecta. In multis Indiæ locis aīunt erētum lignum nullam à sole umbram reddere: nocte Arctos nō uideri. In ultimis uero minime aspici Arcturum: quo in loco umbras uersus meridiem inclinare dicunt. India multos montes ac magnos continet, arboribus omnis generis oppletos. Campos insuper plurimos, maximosq[ue], fructibus uberes, pulchritudine egregios. Divisa est fluminum multitudine, agros plurifariam rigantium. Ista ex re bis in anno præbet fructus: animantia varijs generis producit præ ceteris magna, ac robusta, partim terrestria, partim uolantia. Elephantes insuper plurimos maximosq[ue], qui Libycos robore excellant. Vtuntur his, quos uenatione abunde capiunt, in prælijs; multumq[ue] ad uitioriam conferunt. Homines quoq[ue] fert proceros ac ualidos, & artificio accommodatos: ut qui aërem purum ducant, & aquam bibant salubrem. Terra & domesticis fructibus opulenta est, & uarijs multiplicibusq[ue] metallis secunda. Nascitur in ea ingens argenti auricpus: non parum quoq[ue] æris, ferricp[ue], & ori chalci. Multa insuper ad cultum utilitatemq[ue] uite, & bellii apparatum. Præterea inter alias segetes fit apud Indos plurimum milij ac leguminum, agros aqua fluminum irrigante. Oryza quoq[ue], & quod appellant bosphorum, multaq[ue] alia ad cibum utilia. Plures insuper fructus, animantium nutrimenta: que longum eset recensere. Ob hanc causam affirmat nunquam Indianam fame aut rerum inopia premi. Nam cum bis annis singulis segetes ferat, hunc quidē hyeme, quo tempore alijs rizum serunt, percipiunt: alterum æstate, cum oryza, se famus, bosphorus, milij, seruntur. Quo accidit, ut præcipua sit apud Indos ubertas: cum & sua sponte nascatur fructus, & palustres dulcedine præcipua radices magnam copiam uictui hominum præbeant. Omnis enim ferè campestris regio dulcem tum à fluminibus humorem suscipit, tum à pluvia, quæ certo anni tempore fieri æstate consuevit. Sunt radices quoq[ue] palustres æstu decocta, sed magnarum præcipue arundinum, dulces. Confert etiam ad Indorum fertilitatem consuetudo qua in bellis seruantur. Nam apud ceteras gentes hostes belloru[m] tempore regiones spoliati, uastantq[ue], neq[ue] agros coli sinunt. apud Indos uero bellu[m] tempestate in campis opus rusticum exercent absq[ue] cura agricola, procul ab omni discrimine bellu[m]. Hostes in prælijs mutua cade grassantur: agricolæ nulla in re nocent, sed intactos relinquunt, tanquam communis utilitatis ministros. Neque uero hostium agros urunt, neque cadunt arbores. Habent insuper Indi plura flumina, ingentiaq[ue], nauigia apta, quæ ex fontibus montium ad septentrionem uergentium in campestría decurrent. Horum permulti in unum coēunt, in Gangem defluunt. Eius latitudo stadiorum est triginta. Fertur à septentrione ad meridiem, in' que mare Oceanum ingreditur, delapsus uersus orientem per Gandaros, apud quos permuli sunt maximi' que elephanti. Quo accidit, ut nullus unquam eis rex ad uena imperarit, propinquus gentibus numerum vim' que beluarum ueritis.

Alexan-